UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

delicet, præſuppoſito, quòd intentatum fuerit reme-
dium poſſeſſionis retinendæ, quod dicitur vti poſſide
tis, quodq́ue cum eo cumulari etiam non poſſit peti-
torium, iuxta ea, quæ habentur per Bar. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & in c. cum dile-
ctus. per gl. & doct. de cauſ. poſſ. & propr. tñ in hoc iu-
dicio non poterit ipſa do. Angela obtinere, ſed do.
Agnes, quia do. Angela non poſſidet, ſed ſolum eſt in
38 poſſeſſione alieno nomine, hoc eſt D. Agnetis: † hoc
autem remedium poſſeſſorium retinendæ uti poſſi-
detis competit poſſidenti, & in eo obtinere poteſt ſo
lum ille, qui verè, & propriè poſſidet naturaliter, & ci
uiliter, uel naturaliter tantum, ſeu ciuiliter tantum. l.
fi. ff. uti po ſſide. gl. in l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de
acq. poſs. & ibi doct. l. loci. §. ſi quis. ff. ſi ſerui. uendi.
non autem ille, qui eſt in poſſeſſione alieno nomine,
& qui alteri dicitur poſſidere, ut eſt tex. in d. l. ſi duo.
§. creditores. iuncta d. l. ſi quis ante. in fi. prin. & in d. l.
qđ meo. ff. de acq. poſſeſ. ſed in caſu noſtro do. Agnes
poſſidet, & do. Angela eſt in poſſeſſione nomine do.
Agnetis, & conſequenter ipſa Angela nõ dicitur poſ
ſidere, ſed do. Agnes, cuius nomine poſſidetur, ut ſu-
pra, ergo in hoc interdicto vti poſſidetis debet do.
Agnes, & nõ do. Angela obtinere, & propterea pro-
nunciandum eſt ad fauorem do. Agnetis, videlicet ip
ſam poſſidere, & in ſua poſſeſſione nõ debere per do.
Angelam moleſtari, neque turbari. ¶ Non obſtat,
quòd vſufructuario reſpectu ſuæ naturalis poſſeſſio-
nis etiam contra proprietarium datur, & competit in
terdictum vti poſſidetis. d. l. fi. ff. vti poſſide. & nota.
in c. licet cauſam. de proba. ſed do. Angela eſt vſufru-
39 ctuaria, ergo &c. quia reſpondetur, † quòd hoc verũ
eſſet, quando uſufructuarius haberet poſſeſſionem
naturalem, & ſibi poſſideret, ſeu eſſet in poſſeſſione
ſuo nomine. ut in d. l. fi. ſecus ſi non poſſideret, ſeu eſ
ſet in poſſeſſione rei alieno nomine videlicet nomi-
ne proprietarij, ex quo enim tunc ipſe non poſſide-
ret, ſed proprietarius, cuius nomine poſſidetur, quoá
de iure ſtare poteſt, uſufructuario tunc non compete
ret interdictum uti poſſidetis, quod ſolum datur illi,
qui poſſidet, ſeu eſt in poſſeſſione ſuo nomine, non
autem illi, qui eſt in poſſeſſione alieno nomine. d. l. ſi
duo. §. creditores. iuncta l. 1. per totã. l. ff. uti poſſide.
& habetur in d. c. licet cauſam. Secundo reſponde-
40 ri poteſt, † quòd in caſu noſtro do. Angela propriè
non dicitur vſufructuaria, nec per hanc conceſſionẽ
à do. Agnete factam dicitur conſtitutum ius vſusfru
ctus, quod facit vſufructuarium naturaliter poſſide-
re. l. 3. §. dare. ff. de vſufr. iuncta d. l. naturaliter. in
prin. ſed dicitur data, & conceſſa facultas, ac licentia
percipiendi, & lucrandi fructus illius dimidiæ poſſeſ-
ſionis, ex quo actum fuit inter partes, quòd poſſeſ-
ſio rei non eſſet penes ipſam dominam, ſed apud
dominam Agnetem, ut ſupra dictum, & probatum
fuit, & hoc argumento eorum, quæ uoluit Bar-
tol. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. & l. fun-
di trebatiani. ff. de vſufruc. lega. & ibi Barto. & in l.
cotem. §. qui maximos. ff. de publica. ex eo enim,
quod actum fuit, quòd in dominam Angelam non
transferretur poſſeſſio, & quòd ipſa non eſſet in poſ-
ſeſſione nomine ſuo, ſed alieno, quod eſt contra na-
turam uſusfructus, ut in d. l. naturaliter. & not. in l. 3.
§. ex contrario. ſequitur, quòd dicitur alterata natura
uſusfructus, & cenſetur conceſſa potius commoditas
percipiendi fructus, quàm ſit conceſſum ius uſusfru-
ctus, argum. l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.
iuncta l. ſi quis domum. in §. 1. ff. loca. ſed præcedens
reſponſio plus placet. Et ex his remanent reſoluta du
bia ad fauorem dominæ Agnetis, nõ obſtantibus plu
ribus, quæ in contrarium adducebantur, quibus om-
bus ex prædictis reſponſio colligitur. Circa alia
per alios dominos Conſultores non inſiſto,
eorum dicta me remitto. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Donatio à minore facta etiam cum decreto ſuperioris,*
tate curatoris eſt ipſo iure nulla, & infra quantum
ab ipſo maiore facto poſſit reuocari.

2 *In contractibus ſtatutum loci, in quo celebratur contractus*
ri debet.

3 *Donatio ſummam quingentorum aureorum excedens*
nuatione fieri debet, etiam ſi à maiore facta eſſet,

4 *Iuramentum an inſinuationis defectum in donatione ſupp*

5 *Quid ſi dolus, ſeu deceptio in donatione interueniſſet.*

6 *Dolus quando dicatur ex propoſito, & contractum ipſo*
tiet, & quando re ipſa, & contractum non vitiet, &
tunc decepto ſuccurratur.

7 *Dolus re ipſa quando æquiparetur dolo ex propoſito, &*
contractus maximè a minore factus etiam iuratus dica
lus, vel ſaltem reſcindi poſſit.

8 *Iuramentum eſt obligatorium, & defectum ſolemnitatis*
quando nullus in eo dolus interuenit.

10 *Donatio mentionem faciens de meritis in genere, vel in ſpec*
leat abſq; inſinuatione, niſi merita ſpecialiter probata

11 *Ceſſio iurium ex cauſa donationis facta excedens ſummam*
mam inſinuationem requirit, & in ea meritorum men
cta, an & quando merita ſint ad illius validitatem pro

EPITOME.

Cessio iurium, & ferè omnium bonorũ
ſa donationis facta à minore 25. annis abſque
to, & auctoritate curatotis, & ſine inſinuatione
à ſtatuto loci, in quo illius contractus fuit celeb
quàm à iure communi requiſita, ipſo iure non
& non obſtante iuramento, & mentione facta
ritis in genere, illis aliter nõ probatis, infra uigi
nos poſt ſuperueniẽtiã maioris ætatis, ſi minor
abſẽs fuit, ſtãte maxima illius læſione, reuocari p

CONSILIVM LVII.

Viso inſtrumento ceſſionis iurium ex ca
donationis factæ per illuſtrem do. Io. B
ſtam Illuſtri do. Franciſco Cibo, ſupe
bio principali, nunquid donatio tene
& de iure ſit ualida, diſtinguendum eſt, an do. Io.
ptiſta donator tempore donationis fuerit maior
nis 25 an uerò tunc maior extiterit. Primo caſu,
nor fuerit, de iure videtur dicẽdum donationem
lam fuiſſe, etiam ſi decretum ſuperioris interuen
1 quia † decretum in donationibus minorũ nihil
ratur, cum manifeſtè cõſtet de dilapidatione, &
ne enormiſſima, quia donare eſt perdere. argu. l.
de indebito. ff. de proba. & de hoc eſt tex. clarus i
fi. in fi. C. ſi maior factus aliena. fact. &c. vbi dona
à minore facta, etiam cum decreto, & auctoritate
ratoris dicitur nulla ipſo iure, & licitum eſt mino
cto maiori infra decem annos inter præſentes,
fra viginti annos inter abſentes illam reuocare:
à fortiori hoc uerum erit, quãdo eſſet à minore
ſine decreto, & auctoritate curatoris: ideò licitum
dicto do. Io. Baptiſtæ res donatas reuocare, uel ſi
habet, apud ſe irreuocabiliter retinere, niſi poſt
pletum tempus 25. annorum lapſum fuerit inter p
ſentes tempus decem annorum, vel inter abſentes
pus viginti annorum, quia tunc per lapſum tanti
maior factus cenſeretur iuris præſumptione dona
nem ratam habuiſſe, ut ibi: ſed præfatus do. Io. Ba
tpe donationis ſecũdum ea, quæ mihi proponun
erat annorũ 22. & illã fecit de anno 1530. & ſemp
abſens, ergo conſtat vigeſimum annũ nondũ lap
fuiſſe ad donationẽ reuocandũ, ſeu ad illam nu
dicendũ. Præterea in dicta donatione non interue
inſi-

inſinuatio, quę de iure interuenire debeat, cum exce
dere ſummam librarum centum, ut in ſtatuto ciuita-
tis Bononiæ, ſub rub. de donationib. cautū eſt, † quod
ſtatutum in huiuſmodi donatione ſeruandum fuit,
ex quo Bononiæ fuit celebrata, ut colligitur ex uerbis
Bar. & Doc. communiter in l. 1. C. de ſum. Trin. & fi.
cath. in 5. col. in 1. q. qui uolunt, in contractibus ſerua
ri debere ſtatutum loci, in quo contractus celebrat:
Immo † cum donatio exceſſerit in caſu occurrenti
ſummam quingentorum aureorum, illa de iure com
muni fieri debuit interueniēte inſinuatione l. pen. C.
de donatio. Non obſtat, † quòd donatio fuit iurata, &
iuramentū defectum inſinuationis ſupplere dicitur,
ut per Alex. & alios poſt Bar. in l. nemo. ff. de lega. 1. &
latè p Io. de Imo. in c. cū contingat. 11. col. de iureiu.
poſt Io. And. in addit. ad Spe. in tit. de fi. inſtr. in ult. ad
di. in §. porro. quia etſi plures hanc ſententiam ſequu
ti ſint, tamen Doc. communiter uelle contrarium ui
detur, ut colligitur ex allegatis per Alex. in d. l. nemo.
qui multos tenentes hanc opinionem refert. Secun-
do, & ſi uerius ſit, ꝙ iuramentum defectum inſinua-
tionis ſuppleat, ut atteſtatur Alex. & Io. de Imo. in lo-
cis proximè allegatis, tamen † quando conſtat dolū,
ſeu deceptionem interueniſſe, ſecus eſt. arg. d. c. cum
contingat. auth. ſacr. pub. C. ſi aduer. uenditio. cum a-
liis ſimilibus, & expreſsè habetur per Io. de Im. in d. c.
cū contingat. in 3. col. uer. tu potes tenere, &c. † do-
lus aūt in hoc caſu conſiderari poteſt, primo ex pro-
poſito, ſecundum quod diffinitur in l. 1. §. dolum. ff.
de dolo. qui dolus ſi det cauſam contractui, reddit cō
tractum ipſo iure nullum. l. eleganter. in prin. ff. eo. ti.
gl. in c. dilecti. de empt. & uend. dolus etiam dicitur re
ipſa, & hic dolus non uitiat, ſed ſuccurritur decepto.
7 remedio l. 2. C. de reſcin. uēd. & d. c. dilecti. † niſi ex do
lo re ipſa quis fuerit enormiſſimè læſus, quia tunc de
eo iudicaretur, ut de dolo ex propoſito, qui cauſam
contractui dediſſet, & ob illum contractus factus ma
ximè à minore 25. annis diceretur nullus, & inuali-
dus, uel ſaltem reſcindi poſſet, ut habetur in l. ſi quis
cum aliter. ff. de uerb. obl. & tradunt Moder. Peruſini
repetētes in d. auth. ſacr. pub. in 42. col. & pluries con-
ſului in caſu, quo ſoror, uel filia minor renūciauit bo-
nis maternis, uel paternis ampliſſimi ualoris ob mo-
dicam dotem reſpectiuè datam, uel promiſſam, & vo
lunt Doc. magis communiter, uidelicet Petr. de An-
char. in repet. c. canonum ſtatuta. in 11. q. prin. circa fi.
in 20. car. extra de conſt. & in conſi. 38. ſeu 39. pro cla-
riori deciſi. & in conſil. 141. pro maiori, in ult. dubio.
Soci. in conſi. 262. lib. 2. ubi latè hanc opinionem cō-
probat. Pau. de Caſt. in conſil. 174. contra ſuperius. &
conſi. 302. Notandum eſt in 2. lib. Moder. Peruſini in
c. quamuis. de pact. in 6. Alex. in l. ſtipulatio hoc mo-
do. ff. de uerb. oblig. Ant. de Butr. in d. c. cum contin-
gat. 8. col. uer. quartus caſus. & ibi Abb. in penul. cart.
uerſi. nonus caſus. & Io. de Imo. in 54. col. Ant. in con
ſi. 45. iuris rigor. Dec. in conſ. 181. viſa renunciatione.
Cuma. in conſi. 180. Abb. in conſi. 107. 2. lib. Corne. in
conſi. 11. lib. 3. qui pulchrè loquitur, & in conſi. 124. &
214. eo. lib. & in conſi. 147. 4. lib. Pet. de Anch. in c. ac-
ceſſoriū. de reg. iur. in 6. & in q. incip. Laicus, quem re
fert, & defendit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo. in 4.
limita. & Soc. inſignis præceptor meus in d. conſ. 263.
ait, hanc opinionem eſſe ęquiorem, & in conſulendo
& iudicando ſequendam. Aret. in conſil. 93. & Andr.
Bar. in conſi. 21. 5. col. lib. 1. & in conſi. 53. 2. lib. in qui
bus locis ſcribentes multás rationes facientes ad pro
poſitum noſtrum referunt, ut apud ipſos inſpici pōt.
Sed in caſu, de quo agitur, maxima interuenit læſio,
& deceptio re ipſa, & fortè ex propoſito, cū dominus
Ioan. Bapt. inductus fuerit ex quibuſdam cauſis friuo
lis, & non ueris ad cedendum, & donandum ferè om
nia bona ſua magni ualoris, ergo ratione huius enor
miſſimæ læſionis iuramentum ſuum nō fuit obliga-
torium, nec defectum inſinuationis ſupplere potuit
ex mente Ioan. de Imol. in locis præallegatis, quoniā
8 † ita demum iuramentum eſt obligatorium, & ſup-
plet defectum ſolemnitatis, quando in illo non inter
uenit aliquis dolus. c. quamuis. de pact. in 6. c. licet. de
iureiu. eo. lib. d. c. cum contingat. & d. auth. ſacra. pub.
¶ Et ex prędictis infertur, idem dicendum eſſe, ſi Do.
Io. Bapt. tempore donationis factæ fuiſſet maior 25.
9 annis, quoniam † defectus inſinuationis regulariter
inualidat donationem etiam à maiore factā. l. illud.
C. de ſacroſ. eccle. & l. ſancimus. cum l. pen. C. de don.
nec refragatur, ꝙ donatio facta fuit ob benemerita
in genere, & ſic ob cauſam, & ideò tenuit abſq; eo, ꝙ
inſinuata fuerit, ut in l. Aquilius. & ibi Bart. ff. de don.
l. ſi non remunerandi. ff. mandati. Quia reſpondetur,
10 † ꝙ non ſufficit in donatione mentionem facere de
meritis in genere, uel in ſpecie etiam cum iuramen-
to, niſi merita ſpecialiter ꝓbata fuerint, ut uoluit gl.
communiter approbata cum iis, quæ ibi dicit Alexā.
in l. ſi donatione. C. de colla. & Bart. in l. ſi forte. ff. de
caſtr. pecul. & requiritur, ꝙ merita proportionentur
rebus donatis, ut ibi: Alioquin facile eſſet in inſtru-
mento donationis exprimere de meritis, & ſic frau-
dare leges de inſinuatione loquentes, contra l. nō du
biū. C. de legibus. & l. quemadmodum. C. de agric. &
11 cenſi. lib. 11. & † quamuis Bal. & Sali. poſt Bar. qui dubi
tauit, in l. per diuerſas. C. mand. dicant, ꝙ quando ceſ
ſio iurium facta fuit ex cauſa donationis, facta men-
tione meritorum, ualeat, etiam ſi merita non fuerint
probata, tamen non negant, quin donatio illa ſit inſi
nuanda, ſi excederet ſummam debitam eo caſu, quo
merita non eſſent probata. Præterea quo ad ualidita-
tem, & iuſtificationem ceſſionis non requiritur, qđ
merita probentur, cum abſque illorum probatione
ſufficiat ceſſionem eſſe factam ex cauſa donationis,
ſiue cum expreſſione meritorum ſiue ſine illorū mē
tione facta, licet enim donatio ipſa ex ſimplici meri-
torum narratione non diceretur eſſe donatio ob cau
ſam, niſi merita eſſent probata tamen diceretur ſim-
plex, pura, & mera donatio, quæ ſufficit ad iuſtifica-
tionem, & ualiditatis ceſſionis, quę iuſtificatur ex do
natione, ſiue ea ſit ſimplex, ſiue ob causā, & propter
merita, & conſequenter ſiue illa merita probentur, ſi
ue non, ut eſt de mente Bal. in 5. q. & Sali. & aliorū in
d. l. per diuerſas. 16. q. & clarius hoc uoluit Pau. de Ca
ſtro ibi, niſi eſſemus in illo, qui iura cederet ex cauſa
donationis, qui non aliter donare poſſet, niſi propter
merita, nam tūc ſicut ad ualiditatem donationis me
rita eſſent probanda, ut in d. l. ſi donatione, ita etiam
ad ualiditatem ceſſionis probari deberent, ſecus au-
tem, ſi eſſet talis cedens, qui poſſet donare, non ſolū
ob merita, ſed etiam ſimpliciter, purè, & merè. Et hęc
eſt ueritas ſecundum Pau. de Caſt. ibi fuit ergo inuali
da ceſſio prædicta facta ex cauſa donationis duplici
ratione; prima quia facta fuit à minore, cuius ætate
maiori ſuperueniēti nondum exceſſit tempus uigin-
ti annorum, illo ſemper, uel ſaltem pro maiori parte
abſente exiſtente, ut pręſupponitur: ſecunda, quia do
natio facta ad ualiditatem, & iuſtificationem ceſſio-
nis iurium, quæ excedebat ſummam nedum centum
librarum, ſed ſummam quingentorum aureorum
non fuit inſinuata per prædicta. Multa alia potuiſſem
ad confirmationem prædictorum adducere, ſed hoc
duntaxat pro aliqua informatione iurium præfati do
mini Ioannis Baptiſtæ breuiter ſcripſi, offerens me
paratum latius examinare, ſi opus fuerit.

Laus Deo.

SVM-